



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

8. Supplicatio ad Regem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

discurrentis, ille Rex Francorum vir inluster. Cognoscatis iste praesens ille ad nos venit, & nostra commendatione expectivit habere; & nos ipso gratante animo recepi- mus vel retenemus. Propterea omnino vobis rogamus atque jubemus ut neque vos neque juniores neque successores vestri ipso vel homines suos, qui per ipso legitimi sperare videntur, inquietare nec condemnare nec de rebus suis in nullo abstrahere nec diu nec nocte non presumatis nec facere permittatis. Et si talis causa adversus eo surrexerit ut ost.... fuerit & ibidem adimplitis vos absque eorum in quo dispendio minime definitas fuerint, quod ante nos separare vel reservatas, & talis causa ante nos finitivam accipiant sententiam. Et ut certius credatis, manu nostra subter affirmavimus, & de anolo nostro sigila- vimus.

Indiculum de servis fugacibus.

V I. Dilecta Dei, sponsa Christi, socia sanctarum virginum merito coquanda, inlustris Deo sacrata illa, ille. Deus scit in quantum valeo in omnibus in Christo amore amicus & bene cupiens vester illud imprimis quod plurima sunt salutem in Domino optamus vobis in quantum totus mundus fulget in gloria, aut si fieri potuisset quod tota membra vertissent in lingua. De ceterum cognoscat dilecta caritas ve- stra, sicut nobis dictum fuit, eò quod ho- mines vestri nobis configugum fecerunt, & nos auditum habemus ubi esse debeant. Propterea apices nostros vobis direximus, si vestri homines sunt, Missa vestro ad nos dirigere faciatis, & quantum nos potevimus hac causa diligenter procuramus ut ipsos homines recipere faciatis.

Donatio ad casam Dei pro Missas canendo.

V II. Igitur ego in Dei nomine ille ve- nerabilibus fratribus illo & illo. Admonet mihi amor Domini nostri Iesu Christi & desiderium de illo paradiso ubi iusti habi- tant, ut me Dominus ibidem participare dignetur, seu & timor gehennæ, ut me exinde Dominus eripere jubeat. Propterea cedo vobis ad die praesente ad mea eleemosyna faciendo a pauperis vel a sacerdo- tibus ad Missas canendo dispensando, ce- sumque in perpetuo esse volo, & de jure meo in jure & dominatione vestra trans- scribo atque transfundo, hoc est, res propria- tatis meæ tam in civitate illa quam & foras in ipso pago seu & in alios. Habent ipfas terras cum omni superposito de lon- go tanto, similiter in latus & in frontis sub-

Tom. II.

jungit de ambobus frontis & de ambobus latus terra illius, ipfas res & casas super- positis ad integrum seu & vineis in oppi- dum civitate illius cum terra proprietatis mei. Habet ipsa vinca arpennes tantos. Subjungit de ambobus latus & ambobus frontes terra illius. Etiam & in ipso pago in agro illo portione mea, tam terris, man- sis, domibus, aedificiis, vineis, olicis, filiis, campis, pratis, palciis, aquis, aqua- rūmque decursibus, quicquid in ipsa loca portio mea est, totum & ad integrum rem inexquisitam & aliam rem quantumcumque visus sum habere aut in ante laborare potero, tam peculium, praesidium utrius- que generis sexus, aurum, argentum, dra- palia, æramen, usentilia, mobile & im- mobilibus, quicquid dici aut nominari pos- tet, ubicunque visus sum habere, medie- tam ad integrum, ita ut ab hodierno die habeatis, teneatis, & in mea eleemosyna dispendando liberam & firmissimam ad die praesente in omnibus habeatis potestatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri cre- do, si ego ipse aut aliquis de heredibus meis, vel ullus quislibet ulla opposita per- sona qui contra hanc cessionem istam ve- nire conaverit, & à me vel heredibus meis defensatum non fuerit, inferamus vobis unā cum socio fisco auri uncias tantas, ar- gentum pondo tanto esse multando, & praefens cesso ista omni tempore firma permaneat.

Supplicatio ad Regem.

VIII. Incito atque praecelestissimo Domino illo glorioſo Rege, ego ancilla vestra ultimisima, servilissima omnium an- cillarum vestrarum. Cognoscat, Domne, gratia vestra hominis nulli vestri nomen ille multas inquietudinis & contra rationis or- dines servientes sanctæ illius, qui in vestra mercede in regimini ordinatis, habere hos faciant, & nulla justitia apud ipso illo conseqüere posso. Propterea, Domne, supplico, & si ante vestra praefentia fuisse, genua flexa ad terra prostrata ad pedes vestros suggerere mihi ancilla vestra oportebat & in vestra mercede & amore Deo vel illos sanctos cuius famulas nobis exinde defensare juberitis ut contra malicia con- tra servientes ipsius sanctorum vel me ancilla vestra facere non debuissent. Domine, nostrum est ad suggerendum. Vestrum est ad ordinandum quæ exinde justitiam recipere debeamus, pietas vestra est nobis.

Indiculum.

IX. Suggestendo Domno piissimo at-

Nn